

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quas ... Dn. Johanni Arnolde, civi primario & cerevisiario honesto, eiusq[ue] Coniugi Elisabethae Warnekinges/ paratas expetunt Relicti liberi moestißimi Omnes omnium ordinum cives Academicos qua par est diligentia invitat : [Dab. Rostoch. sub sigillo Universitatis 13. Iulii Anno 1639.]


Rostochi[i]: Kilius, 1639


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745849059>


Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,
in J. Arnold.
R. 1639.







108
RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctor &
Professor.

AD EXEQUIAS

Quas

Viro Integerrimo

Dn. JOHANNI AR-

NOLDO, civi primario & ce-
revisiario honesto, ejusq;

Conjugi

ELISABETHÆ

WANNENGEI

paratas expectunt

Relicti liberi maestissimi

Omnes omnium ordinum cives Academicos
qua par est diligentia invitentur.



ROSTOCHI,

Typi NICOLAI KILII, Academ. Typograph.

Anno M DC XXXIX.

81

RECTOR
Christophorus Rostochensis
JOHANNES COTHMAN

2. Theologic Doctor &
Professor.

AD EXAMINANDUM

Pro latinitate

DR. JOHANNI AR-

NOLO CIVILITARIO & CE-

rentiano hactenus, supra

Conjunctis

ELISABETHAE


BEATRICE

patris expositis

Rebus libere instituitis

Omnes omnium ordinum civis Academicos

que pariter diligenter in



ROSTOCHI

THOMAS ROSTOCKIUS, Academi. Typograph.

ANNO MDCXXIX



RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctor

& Professor.

Deregrinationes conditionis vitæ Christianorum, temporalis esse quodammodo typos, ac utriusq; aptissimas satis institui posse collationes, res ipsa loquitur. Hinc scilicet nimum illud sacrum quot esset annorum interrogatum, dies vitæ suæ peregrinationum dies appellat. Sicuti enim peregrinantes in aliena versantur terra, qua ita utuntur, ut nihilo secius oculos semper in patriam defixos habeant. Ita Christiani dum in carne adhuc vivunt, ac vitæ hujus usura fruuntur se peregrinos esse fatentur, qui fixam in hac vita sedem non habeant,

N 2

hinc

hinc futurum illud domicilium à DEO exstru-
ctum, sanctam illam civitatem, Ierusalem no-
vam descendente de caelo, à Deo paratam,
sicut sponsam ornatam viro suo, sollicitè exspe-
ctant. Quemadmodum verò peregrinanti-
bus variæ in via devorandæ sunt molestiæ,
quod ipse Apostolus non dissimulat; ille e-
nim sua ordine recensens pericula, itinerum
quoq; facit mentionem. Non aliter in hac
vita evenit. Et certe si præsentis temporis ca-
lamitates quis ordine vellet exponere, illud
æque foret possibile, ut illud Abrahamo di-
ctum: suspice caelum & numera stellas si po-
tes. De nostro enim ævo, quo factus calamita-
tum & cladum omnium confluxus, rectè di-
citur illud Poëtæ:

*Tot premor adversis quæ sit comprehendere coner
Icaria numerum dicere coner aquæ.*

Ut autem peregrinantes spe occupandæ patriæ,
omnes illas devorant & concoquunt mole-
stias & adversitates. Ita Christiani vitæ me-
lioris fiducia, patienti animo, quævis adver-
sa perferunt, utpote scientes post hanc subse-
cuturam aliam, ubi vita sine morte, sine erro-
re veritas, sine perturbatione felicitas, ubi nul-
lum

lum scandalum, nulla febris, nulla tabes, nulla senectus, nulla ira, nulla amaritudo, nulla pressura, nulla inimicitia, nulla contentio. Et quemadmodum peregrinantes, patriam ingressi, perpeſſarum calamitatum obliviscuntur, ita homo Christianus sciens presentis temporis afflictiones, non esse pares futurae gloriae in nobis revelandae, obliviscitur omnium illorum laborum, quos in vitae hujus peregrinatione sustinuit. Felix itaque ille, atque iterum felix, & terque quaterque beatus, qui vitae hujus peregrinationem feliciter absolvens, patriam veram ingressus est. Hujus felicitatis participes facti sunt 9. & 11. mensis currentis die, vir integerrimus Dn. JOHANNES ARNOLDUS, civis civitatis hujus primarius, ac negotiator, & cerevisiarius industrius, ut & conjux illius ELISABETHA Wornefings / matrona honestissima. Quorum vitae historiam, ut breviter attingamus, programmatibus hujus ratio postulat, natus autem est JOHANNES ARNOLDUS, seculi superioris Anno 1579. 21. Octobr. hic Rostochij, a pijs ac honestis parentibus, patrem habuit JOACHIMUM ARNOLDUM civem honestum; mater vero fuit ELISABETH Vesens / Hisce parentibus ortus defunctus noster, lavacro regenerationis Christo insertus est, & postquam per

N 3

etatem

ætatem informari potuit, non tantum ad pietatem & honestatem à teneris unguiculis assuefactus, sed & in bonis literis informatus fuit, eosq; in illis fecit progressus, ut quæ ipse ad pedes Gamalielis sedendo didicerat, alios rursus docere potuerit. Cumq; quidam Nobiles primarij Holfatiæ illius dextertatē & diligentiam cognoscerent; illi filios suos erudiendos tradiderūt. Elapso aliquo tempore, à parentibus & amicis domum revocatus est, & consentientibus illis, quorum interfuit, cum pudicissima & honestissima virgine **ELISABETHA Warnefinges / SALOMONIS Warnefinges** / p. m. relicta filia. Quæ maritum secuta II. Julij obiit, postquam 1585. nata, & ætatis annum 54. attigit, Conjugium iniit Anno 1607. Quod conjugium siue cōsideremus illius durationem siue filiorum numerum, omnibus modis optatum fuit. Integros enim triginta duos annos cum despōlata sibi virgine, & postmodum uxore vixit, & jam una vice ad dormitorium usq; efferentur, ut qui in vita fuerunt conjuncti, illos mors ne quidem separare potuit. Durante matrimonio tres filiolos in ipso ætatis flore defunctos, ac quatuor filias ex conjugē sua natas vidit, quarum duæ elocatae in
con-


conjugio vivunt optato, cæteræ adhuc virgines
parentes defunctos lugent, Privata enim sunt
patre & matre quorum auxilio & consilio deinceps
ipsis utendum fuisset. Sed Deus qui se orphanorum
patrem nominat, defectum parentum terrenorum
supplebit, qua de re non dubitent. Ut a. ad defunctum
nostrum primū revertamur, perviginti ferme annos
incommodiore usus est valetudine, unde factum, quod,
corpore perpetuo quasi morbo debilitato, facile
superari potuerit. 30. enim Junij in morbum
incidit qui 9. Julij vitæ finem intulit. Mortem
præforibus esse perentiscens, Cæna sancto illo
viatico ad fidei confirmationem usus est; ac
deinde astantibus amicis placide die ante dicto
obdormivit, annum agens sexagesimum primum.
Absolverunt ergo defuncti nostri telam, quæ nobis
omnibus, quando Deo supremo omnium gubernatori
visum fuerit, suo tempore pertexenda venit. Moriendum
nobis esse scimus, licet tempus mortis ignoremus. Mors
enim certa est, licet dies sit incerta, & hora nulli
agnita, Quapropter quælibet hora ultima putanda
est. Tum certè qui ita quotidie moritur ille nunquam
moritur. Constituerunt autem
relicti


relicti liberi, utriusq; parentis corporū exuvias
terra matri unde desumptæ sunt reddere, pro-
inde rogant cives Academicos ultimum hu-
manitatis officium defunctis parentibus exhi-
beant; Exigit id officiū non tantum communis
humanitas, sed & defunctorum nostrorum erga
ordinem nostrum literarium favor & benevo-
lentia. Ego verò ut extremum hunc honorem
defunctis hisce exhibeatis, quæ pars est diligen-
tia, à vobis singulis oro. om̄i fieri verò cōventus
in aede Jacobæa ad medium primæ. Dab.


Rostoch, sub sigillo Universitatis 13. ibidm̄


li. o. s. Julij Anno 1639.

os(o)so









conjugio vivunt optato, cate
parentes defunctos lugent. E
patre & matre quorum auxili
ceps ipsis utendum fuisset. S
phanorum patrem nominat,
tum terrenorum supplebit, qu
tent. Ut a. ad defunctum nost
tamur, per viginti ferme ann
re usus est valetudine, unde fa
pore perpetuo quasi morbo de
superari potuerit. 30. enim J
incidit qui 9. Julij vitæ finem in
præ foribus esse perentiscens S
lo viatico ad fidei confirmatio
deinde astantibus amicis placid
obdormivit, annum agens se
mum. Absolverunt ergo de
lam, quæ nobis omnibus, quan
omnium gubernatori visum fu
re pertexenda venit. Moriend
scimus, licet tempus mortis ign
enim certa est, licet dies sit incer
agnita, Quapropter quælibet
tanda est. Tum certè qui ita qu
ille nunquam moritur. Const

virgines
m sunt
o dein-
ni se or-
paren-
dubi-
rever-
odio-
d, cor-
acile
rbum
ortem
cto il-
est; ac
dicto
n pri-
tri te-
remo
mpo-
esse
Mors
nulli
a pu-
ritur
item
elicti

